



S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Suibertus Episc. Zelus animarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](#)

I. 64
uariensis
eum pie
ntamen
ed maluit
Benedict
dæmonis
revocatu
eperit; &
patum a
em Eccl
onasticam
estbyrian
niensi ca
oluribus
s. Pon
rent ann
boraceo
niæ tam
ognito d
xtremis
uoris, Ma
tis paup
92. Ann
fus. & o
dia & te
sur pan



S. SUIBERTUS EPISC.

Zelus animarum.

Deus, qui S. SUIBERTUM, veræ fidei doctorem, Belgis ad Rhenum positis mittere es dignatus; fac nos pio animarum zelo succensos, in earum salute opere & precibus curanda, ipsius exemplo & auxilio, efficaces.

Ora pro verbi Dei predicatoribus.

Inter 12 Apostolicos viros, ad Frisonum conversionem à S. Egberto Presbytero destinatos, primus post S. Willibrordum nominatur S. SWIBERTVS, æque ac ipse in Britannia natus, in Hibernia institutus monastica disciplina; & post aliquam cum sibi fructum relatum, eorumdem rogatu sub an. 694 consecratus Episcopus à S. Wilfrido Eboracensi. Hinc reversus in Frisiam, cum S. Willibrordo, similiter Romæ consecrato, egregie laboravit in nova illa vinea excolenda. Tum ad Boructuarios, nunc Montenses, ascendit; seque Pippino Duci ejusque uxori Plestrudi sic probavit, ut ab eis Rheni insl. â, nunc Cæsaris dictâ, donatus sit. Monasterium ergo ibi insigne construxit, quod etiam sui corporis deposito honoravit, mortuus 713, & contra anginam Patronus. Ejus Reliquiæ potiores argenteo in loculo repertæ sunt an. 1606. Laudes, prosa ac versu, breviter prosecutus post an. 900. S. Radbodo Episcopus, satis declarat, nullam antiquitus scriptam Viagam suotempore extitisse.

Omnibus omnia factus sum, ut omnes salvos facerem. I. Cor. 9.